



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

4. Quomodo Christus infans Charitatem erga homines, & zelum salutis eorum quoad actus internos exercuerit.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

IV. *Quomodo Christus infans charitatem  
erga homines, & zelum salutis  
eorum, quoad actus internos,  
exercuerit.*

I. Expende quām sublimes incomprehensibilis erga homines amoris affectus, quām inflammata zeli perfectionis & salutis singulorum promouendæ desideria, prout incarnatus elicere cœperat, nunc in medio duorum animalium in præsepi reclinatus, non minore cum perfectione, quām olim in medio duorum latronum crucifixus creberrimè renouarit. 1. Omnes homines tanquām imagines SS. Triados gratiæ & gloriæ capaces, adoptatos æterni Patris filios, suos fratres & cohæredes, Spiritū sancti sacraria & sponsas arctissimè in visceribus charitatis complectendo; omnia vera bona naturæ, gratiæ, gloriæ secundum diuinæ sapientiæ beneplacitum ijs optando, fauendo, procurare volendo; singulorum maximè electorum eximiam perfectionem, perseverantiam, gloriam ardentissimè sibiendo. 2. Omnia vera mala huius & futuræ vitæ ab ijs auerti optando; omnia

aia impedimenta maioris singulorum  
in sanctitate, gratia, gloria profectus  
remoueri desiderando: miserabilem tot  
animarum culpa sua pereuntium for-  
tem intimè miserando, & lugendo. 3.  
Omnium & singulorum tam corpora-  
les, quam spirituales infirmitates mis-  
eriasque, quas veluti praesentes omnes  
intuebatur, pio commiserationis affe-  
ctu releuare & propulsare; omnium  
onera & peccata in se suscipere, pro ijs  
satisfacere; omnibus gratiam necessa-  
riam promerer; pro omnibus & singu-  
lis se totum usque ad extremam sangu-  
inis guttam impendere desiderando.

Quos omnes similesque alios affe-  
ctus tanto frequentauit ardentius, 1;  
quantò clarius videbat immensam Pa-  
tris erga homines charitatem, animæ  
rationalis dignitatem, præmiorum glo-  
riæ cœlestis electis paratorum excellen-  
tiam, æternorum suppliciorum, quæ  
reprobos manent, acerbitatem. 2. quan-  
to intensius diligebat æternum Patrē,  
quem tanto dilectionis affectu in hu-  
manum genus ferri videbat. 3. quantò  
zelosius maiorem eiusdem gloriam de-  
siderabat, quam ex maiore hominum  
perfectione & salute in eum redundatu-  
ram præuidebat. His ponderatis perfe-  
ctissi-

Etissimos illius zeli affectus suspice, pro  
ijs gratias age, similesque elice.

**II.** Quanto dolore affectus fuerit pre-  
uidens tam raros huius sui erga omnes  
homines amoris, & zeli salutis anima-  
rum futuros æmulatores; atque ab illis  
ipsis tam peculiari gratia Apostolicæ  
vocationis præuentis, tam imperfæc-  
tos prædictos affectus eliciendos, & re-  
ipia demonstrandos: è contra tam mul-  
tos, qui tot animas verbo & exemplo,  
consilio & imperio, blanditijs & minis-  
secum essent in æternae dænationis ba-  
rathrum abrepturi: insuper præuidens  
tot implacabiles iras, diras, odia, æmu-  
lationes, detractiones, aliasq; tot tam-  
que enormes fraternæ charitatis lafio-  
nes, tot innocentum corruptiones, tot  
piorum seductiones, tot in vniuerso  
mundo scandala, quibus & diuina Ma-  
iestas grauissimè offenderetur, & tot  
millenis animarum millibus æternae  
maledictionis fulmen pararetur. Dolor  
de tepiditate zeli animarum, laſione  
fraternæ charitatis.

**III.** Quam ardenter proposuerit hos  
commemoratos affectus reliqua vita  
quam intensissimos frequentare, opere  
ipso demonstrare, omnibus eisdem  
verbo exemplo instillare, se totum sa-  
luit

luti & perfectioni omnium promouendæ impendere, ac demum ita vitam omnem instituere, ut, quicquid cogitat, diceret, ageret, pateretur, clamare videretur: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur?* Feruer proficiendi in charitate fraterna, & zelo animarum.

*Quomodo eosdem affectus charitatis erga proximos & zeli animarum Deipara frequentarit.*

I. **E**xpende simili modo, quod Mater pulcræ dilectionis eosdem charitatis erga proximos, & zeli animarum affectus sibi ab ineunte ætate familiarissimos, nunc viuum coram intuēs huius charitatis & zeli exemplar Filiū Dei, hominibus, fratribus suis adoptiuis, per omnia assimilatū absque peccato, tanto affectuosius frequentarit, 1. quantò manifestius ex tanto Incarnati verbi mysterio deprehendit infinitam SS. Trinitatis erga omnes homines dilectionem, inseparabile cuiusvis animæ rationalis pretium, incomparabilem cœlestis gloriæ sublimitatem, & gehennæ ignis atrocitatem. 2. quantò intensiorem tot heroicis actibus tota vita penè continuatis acquisierat habitum charita-